

## CAPUT SEPTIMUM

*visionibus, omnino videtur consulrum: reliqua quæ hic declarari poterant plenius, in tempus commodius reservabimus.*

## CAPUT SEPTIMUM.

## Argumentum.

Summa.

Institutiones  
hujus  
populi.

Occasio.

Quæstio.

**H**actenus in secunda hujus prophetiæ parte, quæ ad templi instaurationem, urbis reædificationem, & populi reducis in utraque laborantis per visiones dinitus oblatas excitationem ac confirmationem necessariam percinebant, vidimus: Sequitur nunc ut Institutiones ejusdem populi jam melius deinceps habentis & sperantis accedamus. Quia enim nunc satis constabat de paternâ Dei erga hunc populum suum providentia, cum ex visionibus novem hactenus declaratis, tum ex ipsa experientia, quatenus templum ac Urbs, quorum ædificatio antea saepius fuit interrupta, & saepè diu per hostes impedita, maximâ ex parte erant restaurata, quando utriusq; reparatio benè sub manus succedebat, & de futuro complemento c. 4. v. 7. promisso bona spes Iudeos fovebat, meritò Deus vicissim pro isto suo multiplici beneficio populum per prophetam erudit de sibi præstando officio, id que occasione hæc satis commoda. Quum videbant Iudei re ipsa edicti omnia jam per Dei gratiam apud se esse lætiora, quam vel olim in exilio, vel paulò ante, illo soluto etiam, consulunt peculiari quadam legatione sacerdotes & prophetas, num sit deinceps eodem modo & tempore jejunium publicum instituendum, ut tempore captivitatis & infelicitatis prioris factum fuerat, hæc est quæstio. ita autem à Deo per prophetam.